



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XVII. Patronus, Patronatus Jus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XVII. Patronus, Patronatus Jus.

Axioma I.

Patronus honorandus est & ab Ecclesia fundata sustentandus, si egeat. *c. nobis 25. extr. de jure Patron.*

II.

Patroni est presentatio, non concessio Ecclesie: quia hæc pertinet ad illum, qui ordinat. *c. ult. extr. de jur. patr. nec patrono in presentatione præjudicat factum Prælati, nisi Patronus factio consentiat. c. pen. extr. d. tit.*

III.

Patronatus jus transit cum obligatione fundi, nisi specialiter excipiat. *cap. cum Berchold. 18. extr. de sentent. & re judic.*

IV.

Patronatus jus est servitus quædam Ecclesie. Panorm. in *cap. 2. n. 9. de jure patr. servitutibus enim comparatur, & ex earum rerum jure æstimatur. Hostiens. eod. tit. n. 5. Panorm. post. gloss. in c. 1. n. 7. c. 2. n. 9. eod. Bald. in l. 2. n. 8. cum seq. C. de servit. & ag. ideo jure patronatus (veluti quod odiosum Ecclesie) non præsumitur, nisi probetur. *arg. l. alius 8. C. de servit. Jas. in l. si prius 40. de oper. nov. nunc. Quare si patronus jus patronatus jure hereditario ad se pertinere contendat, probare non sufficit dotacionem, fundationem & constructionem esse probatam, sed etiam habebit probare, se per mediatas personas à primo patrono usque ad eum per hereditatem, sive ex testamento, sive ab intestato legitime pervenisse, seque illius universalem heredem esse, nisi fundator aliter disposuisset, ut hujusmodi scilicet jus patronatus tantum ad heredes sanguinis, & illos de parentela transiret. Mascard. per jum ibid. allegata. concl. 948. n. 37. indeque in dubio nec pro eo, sed potius contra illud judicandum esse docent Rol. à Valle *consil. 47. n. 11. vol. 1. Menoch. consil. 90. n. 1. Decian. consil. 87. n. 16. vol. 5. Wesemb. consil. 4. n. 2. & consil. 48. num. 4.***

V.

Patronus nequitiam Ecclesie patronatæ dominium consequitur, sed tantum patronatum. Lambert. *de jur. patron. lib. 1. p. 1. art. 4. n. 23.* vel jus presentandi merum. Panorm. in *e. illud præterendum. num. 1. de jure patronat.* Nullum enim jus proprietatis in Ecclesia jus patronatus patriæ tribuit vel aufert. Paul. de Citadin. in *trist. de jur. patron. p. 6. art. 4. n. 23.* Unde etiam ille, qui petit jus patronatus, non potest petere per in rem actionem, quia in eum non cadit dominium. *S. nullius 7. Instit. de rer. divis. sed peti debet conditione Juris Canonici, cum sit res sacra, & sic in nullius bonis, nec ulla obligatione effici potest, ut alicujus fieret. l. 182. de R. I. Consil. Argent. 1. consil. 78. n. 9.*

VI.

Jus patronatus non est merè spirituale, sed jus annexum spiritualitati. *text. in c. ex literis 7. de jure patron. Panorm. in c. quanto de judic. ideoque per Laicum & possideri & præscribi potest.*

*c. querelam 24. de Elect. & c. consultationibus 19. de jure patron. Felin. in c. nostra. n. 39. de rescript. Casl. Lambert. de jure patron. lib. 1. p. 2. quest. 11. art. 1. Paris. consil. 47. n. 32. Heisterm. 1. Consil. Marburg. 7. n. 27. atque ita coram judice Ecclesiastico tractandam esse ex c. 2. & c. quanto 3. de judic. c. præterea 9. de transact. deducunt Socin. in c. licet. n. 5. vers. decimus quintus. de for. comper. Ant. de Butrio in d. c. quanto. mixtum enim sequitur naturam simplicis dignioris, & connexa judicantur, sicut ea quibus connectuntur, & assumunt eandem naturam ex connexione. l. qua religiosus 34. ff. de rei vindic. l. arbor. 19. ff. commun. divid. Panorm. in dict. cap. quanto. num. 2. Excipe, nisi questio patronatus consisteret in facto, quo casu etiam Laicum competentem esse judicem, concludit Anton. de Butrio in d. cap. quanto. n. 6. quem sequitur Felin. ibid. n. 5. Socin. in *trist. fall. reg. 217. incip. Jus patronatus. fall. 2. add. & Gail. lib. 1. observ. 38. n. 8. & Covarruv. præf. quest. ubi tractat de discrimine juris patronatus Ecclesiastici & juris patronatus Laici, cap. 36.**

VII.

Jus patronatus est merè hereditarium *c. 1. 23. extr. de iuradi. & ad quosvis heredes etiam extraneos transit. gloss. in clem. plures. verb. heredes de jure patronat. Roch. de Curt. de jure patron. verb. competens. n. 1. Paris. consil. 48. n. 5. vol. 4. Roland. à Valle consil. 47. n. 7. vol. 1. usque adeo ut ad illud admittatur nemo, qui ab hereditate vel successione hereditaria removeretur, Panorm. in c. cum seculum de jure patron. Roch. de Curt. d. rr. 9. 6. n. 15.*

CAP. XIX.

Pauca conf. Rubr. Modicum.

Axioma I.

Ad pauca respicientes in errorem juris & facti facile prolabuntur. Mantic. *lib. 7. de conject. ult. volunt. tit. 5. n. ult. in fin.* qui enim ad pauca respiciunt, facile decipiuntur, inquit Aristot. *lib. 1. de genem. cap. 2. text. 7. οἱ ἐκ τῶν πολλῶν λόγων ἀθεωρητοὶ τῶν ὑπερχόντων οὐκ ἐπὶ ἐλάττω ἐπιβλέποντες ἐπιφαινοῦνται ὅσον. & probat etiam Jctus in l. 31. §. 1. vers. si totius rei æquitatem. ff. de positi. vid. Wesemb. in *pant. ibid. n. 7. c. causam 14. extr. de sent. & re judic.**

II.

Melius est pauca agere cautè, quam multis interesse periculosè. *Nov. 44. cap. 1. §. 3.*

CAP. XIX.

Pauper, Paupertas.

Axioma I.

Pauper is dici solet, qui bona propria mobilia vel immobilia non possidet, sed operis manualibus se sustentare necesse habet. Cravett. *consil. 199. num. 8. Jas. in l. si constante 47. ff. solut. matrim. Carpz. P. 3. Constit. 13. Defin. 21. n. 6. vel qui minus quam 50. florenos in bonis habet. l. 10. ff. de accusat.*

II.